Evergislus.[9] Qui vir sanctus, sicut in legenda et in[i] vita supra dicti sancti Severini legitur, dum nocte illa et hora, qua idem beatus Severinus audivit ymnum angelicum in obitu sancti Martini una cum dicto beato[k] Severino circuiret et quasi meritis eiusdem impar voces quidem audiret, sed nesciret, quid esset, cum ipse esset[l] archidiaconus ipsius beati Severini et[m] clericus, ad preces beati Severini intellexit divinitus, voces illas[n] esse sanctorum angelorum animam b. Martini deferencium ad gaudia supernorum. Igitur post obitum b. Severini cum dictus beatus pontifex Evergislus sibi in pontificatu Coloniensis ecclesie[o] successisset, accessit quodam tempore Tungrim[p] predicandi gratia et confirmandi populum in fide catholica locum ipsum visitaturus. Ubi cum[q] nocte surgens ad orationem accessurus[r] ad ecclesiam pergeret, martirio fuit coronatus, prout hec et alia sanctitatis et vite sue gesta in legenda sua[s] apud ecclesias plenius continentur.[t] Corpus autem huius sancti Evergisli postmodum sub imperio Ottonis primi imperatoris per Brunonem archiepiscopum Coloniensem translatum est Coloniam et ibidem in ecclesia beate Cecilie virginis honorifice tumulatum, ubi eiusdem sancti viri reliquie requiescunt miraculis choruscando[u].

cat. I. II. III. Greg. Tur. mir. Sermo de b. Sev. p. 359. cf. hist. S. Everg. ibid. p. 367.

Hist. s. Ev. p. 367.

cat. III, cod. 3. transl. s. Ev. ap. Pertz SS. IV, 279.

9] Everegisilum quendam Coloniae episcopum fuisse, sed VI. demum saec. ex. constat.

Solinus[10] Coloniensis archiepiscopus IV.

Quarto loco successit in[v] pontificatu Coloniensis ecclesie[w] venerabilis presul Solinus.

cat. II. et III.

10] Antiquiores catalogi Solatium eum appellant. Vixit saec. VII. in. Cf. Friedrich Kircheng. II, 297.

V. Coloniensis archiepiscopus Symeneus.[x]

Quinto loco successit eidem[y] venerabilis presul Symeneus.

Remedius Coloniensis archiepiscopus VI.

Sexto loco sedit in cathedra Coloniensis ecclesie[z] venerabilis pater

i) in deest 3. k) sancto 3. l) cum ipse esset deest 3. m) et Severini des. 3. 4.' 4." n) voces illas divinitus 1. o) eccl. Col. 2. 4. 4.' 4." p) Tongwrii 1. Tungarim 2. 3. q) tamen 1. 2. 3. r) successurus 2. s) ipsius 2. 3. t) continetur 3. u) corusc. 3. v) in deest 3. w) ecclesie deest 3. x) Simeneus 4. 4.' 4." y) in pontificatu Col. ecclesie add. 3. 4. 4.' 4." eidem deest 3. z) ecclesie deest 3.